

1205
17
17
17
17
17
CONCLUSIONES
JURIDICÆ THEORICO-
PRACTICÆ
QUAS

ANNUENTE DIVINA GRATIA
EX AUCTORITATE MAGNIFICI FCTORUM ORDINIS
IN ACADEMIA JULIA
SUB PRÆSIDEO

JOACH. HENR. WALTHAVSEN
J. U. D.

DIE JAN. A. MDCCXI.
HORIS ANTEMERIDIANIS A NONA AD DUODECIMAM
IN JULEO MAJORI
PUBLICO ET PLACIDO ERUDITORUM
EXAMINI

EXPONET
PHILIPP. GEBHARD. CASPARUS MEHLBAUM
Brunsvicensis
Auctor & Respondens.

• (o) •
HELMSTADII

Typis Georg. Wolfgangi Hammii, Acad. Typogr.

1552
CONCLUSIOINES
JURIDICAE THEORICO-

PRACTICAE

QVIS

ANNUNTIAT DIANA ORATIONIS

ET ACADEMIAE MEDIOLANENSIS ORDINIS

IN ACADEMIA LIVORI

ZUR PRESENTIE

JOACHIM HENR. WALTHERSEN

IUD

IUD

DIE

1711

A.M.D.CXX

HOC ANTHEMIONIS ET IACOBIAE DICTIONARIUM

IN LIBRO MAIORI

PARTES ET TITULOS ACADEMICORUM

EXAMINUM

TRIBONIS

THILIS. GEBHARD. CASTRUM MELBACHI

SPECIATORES

EGERIUS. R. G. G. G. G. G.

(o)

HERKOMER

This Georg. Wolfgang. Henr. Vcl. Tabell.



**IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI**

B. L. S.

Summis Patronis specimine aliquo profectuum oblato, studia sua comprobare, & iisdem se etiam atque etiam commendare illi assolent, qui Academæ, exantato pene labore, valedicere gestiunt, antequam omnino discessum ex liberalium artium domicilio suscipiant. Auctoritas eorum, a quorum imperio totus ego pendeo simile in præsentiarum præstandum mihi imposuit. Quorum jussui ut moram geram; aliquibus brevibus juris conclusi-

) (2

onibus

* (o) *

onibus injunctam telam pro ætatis ratione per-
texere mihi volupe est. Compilavi autem sub-
sequentes theses potissima sua parte ex beati
HENRICI SCHMER HEMII & JO-
HANNIS MEHLBOMII Proaviaque Avi-
mei Doctorum & Professorum Juris in hac Illu-
stri JULIA meritissimorum nonnullis disserta-
tionibus Academicis. Consilium ab initio su-
cepti hujus laboris iniveram, omnes supra lau-
daturum beatarum animarum conscriptas & in
lucem editas dissertationes conquirendi, ex iis
potiores opiniones atque conclusiones excer-
pendi, & typis expressas publicè pro Cathedra
defendendi. Verum labor videbatur speciminis
cancellos exceedere; idcirco volui brevitati stu-
dere, & paucis id præstare quod prolixius cum
voluptate voluisse. Tu interim benebole Le-
ctor, hisce nostris conatibus fave, & nostrum
laborem, pro ea, qua es in honestissimarum
literarum cultores voluntate & propensione,
benigne suscipe,

S.L.

* (1) *

§. I.

OMnis conventio, pactum & contractus ad suam substantiam requirit ex parte contrahentium, consensus principia; Intellectum, ut intelligent, quid agant: & voluntatem liberam haud coactam. Defectus enim intellectus vel voluntatis, conventionis perfectionem destruit. Deficit autem intellectus, vel ratione facultatis intelligibilis, vel ratione rei, quae eidem objicitur. Prius cernimus in infantibus verè talibus, quales dicuntur, qui septennio sunt minores, *L. 14. ff. de Sponsalibus.* Hi enim nullum intellectum habent, adeoque non multum a furioso distant. §. 9. *J. de Inutil. stipulat.* neque se naturaliter, neque alium sibi civiliter obligantes, ab omni negotio verè obligatorio arcentur. Impuberes vero infantiae proximi, quales à septimo ad medium usque undecimi anni sunt, licet rerum periti nondum sint, nec etiam perfecte sciant, quid agatur, tamen & se naturaliter, citra tamen juris civilis effectum, & alium sibi civiliter obstringere benigne receptum est §. 9. *J. de Inutil. stipulat.* *L. 1. §. 13. ff. de Oblig.* & act. Eodem defectu laborant furiosi & mente capti, qui perpetuo mentis exilio cruciantur, *L. 14. ff. de Offic. Präsid.* *L. 40. ff. de R. J.* per omnia enim & in omnibus dormientis & absentis loco habentur *L. 124. §. 1. de R. J.* imo mortuo æquiparantur. Hinc nullum negotium gerere possunt. vid. *Dissert. de pactis* §. 31. *beati mei Avi* *Job. Mehlbornii.* Ubi §. sequente 32. summe ebrium in

A

classem

classem eorum refert, in quibus facultas intelligibilis deficit, & qui ad paciscendum non admittuntur, juxta illud: Absentem laedit, qui cum ebrio litigat. Defectus intellectus ratione rei objicitur vel propter dolum vel propter errorem. Qui enim errat, non consentit, & consensui nihil tam contrarium est, quam error, qui imperitiam detegit. l. 2. ff. de judic. l. 15. ff. de Jurisdic. Quemadmodum vero error nihil aliud est, quam opinio falsa, qua aliud pro alio putatur: ita committitur (1) in conventione, quoties utrinque non creditur, idem negotium agi, quo casu cum in idem non consentiant, nulla contrainitur obligatio l. 55. 57. ff. de Obl. & Ad. (2) in persona ejus, cui promittitur, l. 15. ff. de Jurisd. l. 2. ff. de Jud. arg. l. 9. pr. de hered. insit. (3) in re, quae promittitur, & fit vel in corpore, & nihil agitur l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. de V.O. vel in materia & hoc casu substantialis est error, quoad emitionem, non vero quoad stipulationem l. 9. ff. de contrab. emt. l. 22. ff. de V.O. Brunn. ibid. Porro etiam dolus arguit intellectus defectum, & quidem si fuerit dolus danis causam contractui b. f. est contractus ipso jure nullus l. 7. ff. de dolo malo. Contractus vero stricti juris per exceptionem rescinditur l. 36. ff. de V.O. l. 5. C. de inutil. stipulat. Si incidens fuerit dolus, contractus tam b. f. quam stricti juris ipso jure subsistunt, & per doli exceptionem remedium queritur, tot. tit. ff. de dol. mal. Defectum voluntatis demonstrat (1) Vitium animi in prodigo, in quo voluntas deficere, & propterea ad contrahendum inhabilis esse censetur. Nam utut intelligat, & mente percipiat, quid agat; tamen neque tempus neque finem

* (3) *

nem impensarum scit, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit, rerumque suarum furiosum exitum facit. (2) Propositum institutæ conventioni contrarium, v. gr. si quid detur donandi, jocandi, utendi gratia, id contra intentionem agentium non debet operari, l. 6. C. si certum petat. An vero in metu adacto ad contrahendum etiam defectus voluntatis quoad propositum institutæ conventioni contrarium sit, ex principiis humanarum actionum facile colligere erit. Licet enim ratione finis coacta & invita sit ratio, ratione objecti tamen voluntaria & spontanea dici meretur juxta Aristotelem L. 3. Eth. Nicomach. c. 1. n. 25. eo enim tempore, quo geritur, sponte suscipitur, & contrariis rebus anteponitur, imo laudem vel reprehensionem consequentem habet. Vid. Beati Domini Gebhardi Theodori Meyeri, Theol. Doctoris ejusdemque Professoris in hac Academia, quem honoris causa hic allego, Analysis ad lib. 3. Ethic. Nicomach. Aristotelis §. 4. Quapropter etiam stricto jure civili per §. 1. Inst. de Except. l. 21. §. 5. ff. Quod met. causa, talis promittens & obligatur, & contra eum actio datur. Ex æquitate tamen naturali, firma ejusmodi obligatio, per restitutionem in integrum ob læsionem factam rescinditur. Videatur Dissertat. de obligationibus earumque causis in genere §. 14. 15. 16. 17. beati mei Proavi Henrici Schmerhemii.

§. II.

Testamentorum originem non ex Juris Civilis principiis, ut multi doctrinâ & ingenio præstantes viri faciunt, sed ex Jure Naturæ arcessendam esse, eo mi-

A 2

nus

nus dubii habet, cum naturalis juris nomine nihil aliud designemus, quam naturalem facultatem cuivis mortalium competentem, nec lege superioris arctioribus limitibus inclusam. Legislatoris enim voluntate secundum hominum naturam concessum est, ut habeant mortales facultatem, bona sua possidendi, eaque alienandi, aut in alios transferendi. Et hoc est, quod *Hugo Grotius*, Vir sui nominis de *J. B. & P. L.* 2. c. 6. §. 14. hisce verbis nos docet. Illud quoque sciendum est, cum de alienatione agimus, sub eo genere nobis etiam testamentum comprehendendi. Quanquam enim testamentum ut actus alii formam certam accipere posset à jure civili, ipsa tamen ejus substantia cognata est dominio & eo dato juris naturalis. Possem enim rem meam alienare non pure modo, sed & sub conditione; Nec tantum irrevocabiliter, sed & revocabiliter, atque etiam retenta interim possessione & plenissimo fruendi jure. Addatur *Puffendorf.* de *J. N. & G. L.* 4. cap. 10. §. 4. s. 6. Et hujusmodi in eventum mortis transferendorum bonorum suorum facultas unicuique a natura competit. Nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quam voluntatem Domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi. §. 40. *Inst. de Rer. Divisi.* Nec alias ulla plane vis esset dominii, nisi domino liceret ejusmodi quid de suis sancire, quod etiam post mortem valeret. Secundum principia Juris Natuæ, præter declarationem voluntatis, quem velim post facta successorem, nullas alias difficultates desiderant testamento. *Illustris Joh. Georg. de Kulpis. Colleg. Grot. Exercitat.* s. §. 4. Ex quibus sequitur sua sponte, solennitates, ceremonias atque ritus testa-

* (5) *

testamenti solennis Juri Naturali esse super inducas, ut non solum de voluntatis efficacia constare queat, juxta tritum: Quo quid solennius quis facit, eo magis voluisse censendus est; sed præterea ne quæ fraus & deceptio intercedat, justaque possessione privetur ille, quem heredem suum esse voluit defunctus. Ideoque soli Juri positivo humano sunt adscribendæ. Sciendum vero est, quod hodie quibusdam in locis secundum peculiarias statuta non eadem, quæ Jure Civili exigantur solennitates: Attendenda igitur ea est testandi ratio, quam iura patriæ imperant eo in loco, ubi testamentum conficitur. *Besoldi Confil. 173. Carpzov. L. 5. Ref. I.* Ubi vero solennitates Juris Civilis vellolocalis non fuerint observatae, non subsistit testamentum, sed ipso jure nullum est. *Struv. Jurispr. Forens. lib. 2. tit 20. §. I.* Interdum tamen imperfectum testamentum quoad solennitates, modo quinque testes adfuerint, & illi heredes in eo sint instituti, qui alias ab intestato essent successuri, sustinetur, si non ut testamentum, tamen ut quædam distributio hereditaria *I. 21. §. 3. C. de Testam. Struv. Jurispr. I. I. §. 3.* Hinc quæritur, an solennitates illæ, & in specie septem testes ad formam testamenti substantialem requirantur? Et quando Jure Civili nova forma testandi est introducta, pronunciamus, quod hodie solennitates illæ tutiū, nec septem testes in solenni testamento tantum probationis causa, adhibeantur. *Vid. beati mei A.vi Job Mehlbornii Dissertation. de hereditate quomodo ex testamento vel lege deferaatur §. 28. 29. 30. &c.*

Jure Civili Romano duplex erat succedendi modus; ab intestato & ex testamento: unde heredes alii testamentarii, alii legitimi dicuntur; & successio in testamentariam & legitimam seu ab intestato dispescitur *l. 70. ff. de acq. l. amit. hered. l. 89. ff. de R. J.* Moribus & praxi tertiam speciem scilicet successionem paetitiam seu conventionalem debemus. Jure quidem Civili de futura hereditate pacisci ob metum mortis captandae prohibitum reperitur; usus tamen contrarium introduxit, & hodie ante omnia in casu successionis respicitur, an adsit pactum successorum, quo existente, neutra civilis successionis species locum habet, illo vero deficiente, potius quis erit ex testamento heres, quam ab intestato; cum provisio hominis excludat provisionem legis. Quod si vero vel testamentum non sit conditum, vel conditum non subsistat, hereditas intestati venit ad legitimos heredes, qui sunt cognati & agnati, vel extranei. Cognatorum triplex datur succedendi ordo. (1) Descendentium (2) Adscendentium (3) Collateralium. *Nov. 118.* Descendentes sunt vel liberi, vel nepotes, qui pro castum emergentium diversitate, modo in capita, modo in stirpes succedunt. Adscendentes vel soli, vel cum liberis, eorumque primi gradus heredibus succedunt, non vero ultra nepotes, fratum sororumve scilicet filios cum adscendentibus quispiam concurrit, quia ultra istos in linea collateralis jus representationis non extenditur. *Autb. post fratres C. de legitim. hered.* Collaterales sunt vel primi gradus vel ulterioris. Primigradus fratum liberi cum patruis successe-

* (7) *

succedunt in stirpes, quippe prædefunctorum fratum locum per repræsentationem occupent, patruis in capita succendentibus. Ubi notandum, quod isti, qui ab utroque Parente defuncto sunt juncti, excludant fratres ex uno latere tantum conjunctos; quia hi habentur propter unitatem vinculi uno gradu remotiores. *Nov. 118. c. 3.* *Cöppen. obser. v. 167. n. 1. 2. 3.* Quod si vero plurium fratum liberi ad patrui successionem, omnibus patruis utrinque defuncto conjunctis mortuis, vocentur, licet diverso numero sint, jure proprio non jure repræsentationis in capita succedunt. *Reichs Ab- schied zu Speier de Anno 1529. §. item als bishero 37.* *Harprecht. Consil. 28. n. 23.* *Besold. Consil. I. n. 27.* § 28. Quando vero nec fratres nec fratum liberi existunt, proximior gradu excludit remotiorem; ubi vero persona dupli ratione defuncto fuerit conjuncta, duas hereditatis partes accipiet. *Quæ ferè cuncta prolixius & eruditè à beato meo A·vo in diffut. laudata, de hereditate quomodo ex testamento vel lege deferatur §. 6. 7. 8.* § seqq. fuere exposita. In ordine extraneorum pri-
mum locum obtinent vir & uxor. Ut autem huic successioni locus sit, requirit juxta dispositionem *Lun. ff. unde vir & uxor. B. Avus c. diff. §. 87.* (1) ut justum sit matrimonium (2) ut uxor adhuc sit mortis tempo-
re, nam si divortium sit fecutum, hæc successio non
habet locum. *Brunn. ad l. un. ff. unde vir & uxor.* In
vicem sibi autem vir & uxor jure antiquo succedebant,
quando omnis cognatorum successio exspirat *l. un. ff.*
& C. unde vir & uxor. Cui sanctioni Justinianus Im-
perator in *Nov. 53. C. 6. Nov. 74. c. 5. Nov. 117.* tem-
pera-

peramentum attulit. Stephani ad d. Nov. b. *Avus citato loco* §. 88. Denique ubi cum civili, Prætoria haec possessio deficit, superstes tunc fiscus bona vacantia & cedula, Erblose Güter zu welchen sich kein Herr und Erbe findet per L. 4. C. de bon. vacant. non nomine hereditario, sed jure superioritatis & territorii cum omnibus iuribus activis & passivis vocatur. l. 11. 17. ff. de *Jure fisci*. Non tamen ultra vires bonorum creditoribus tenetur, ut heres, qui beneficio inventarii sibi non prospexit. Rittershus. part. 7. Cap. 19. n. 3. b. *Avus citato loco* §. 89. Nec fiscus obligatur confidere Inventarium Domini Andr. Homborgii Jcti & Praeceptoris nostri venerandi Praelect. Acad. tit. de success. ab Intestat. Jus fisci regulariter ei, qui supremus est in Rep. adscribimus. 2. f. 56. Hodie tamen etiam competit magistratibus, qui altam seu superiorem habent jurisdictionem, idque ob onerum sustinendorum rationem. *Dn. Homborg. l.c. Richter. de success. ab intestat. Sect. 5. n. 3. Schottel. de singularibus Juribus Germaniae pag. m. II.*

§. IV.

Contractus emtionis venditionis ex parte ementis requirit, ut pretium solvatur pro merce, quo res vendenda aestimatur. §. 1. *Inst. de Emt vend.* alias degenerat in contractum innominatum. Pretium autem hoc, quod consistit in pecunia numerata §. 2. *Inst. l.c.* seu nummo vero & vicario, debet esse verum, non simulatum, l. 16. ff. de *R. J. l. 54. de O. & A.* Nec valet emtio venditio uno nummo facta, quia pretium requirit, nummus autem unus pretium non est, sed ei opponi solet l. 46. ff. locati. b. *mens Avus Joh. Mehlbomius in Dis-*

in *Dissert. de Contractu emtione venditionis* §. 4. Porro debet esse pretium certum vel simpliciter, vel per relationem. Quando autem magistratus, rei emendæ certam æstimationem constituit, valet emtio, licet inter partes pretium non sit determinatum. *Lauterbach. in Compend. Juris tit. de contrah. emt.* Requiritur præter hæc, ut sit pretium justum, hoc est proportionatum. Ob incerta autem rerum pretia, quæ modo crescent, modo decrescent, circumventio toleratur, modo dolus absit, neque læsio dimidium excedat. *L. 8. §. 2. C. de Rescind. vend.* In justo autem pretio constituendo ad tempus initi contractus respiciendum, & locum, licet ex post facto majus pretium constitui queat. *I. 8. in fin. C. de Rescind. vend. I. fin. §. ult. C. de admin. tutor. Besold. Conf. 93. n. 103. Et seqq.* Venditor merces tradere debet, certas, determinatas, & in commercio existentes *I. 34. §. 1. ff. de contrah. emt.* Res quæ in hunc contractum deducuntur, est vel speciei, vel certi alicujus individui, vel generis, vel quantitatis, rei scil. fungibilis, quæ pondere, numero vel mensura constat. In emtione speciei perfecta periculum pertinet ad emtorem, qui rei, nondum traditæ casu peremptæ, æstimationem persolvere tenetur. *§. 3. Inst. de Em. vend. I. I. C. de peric. Et comm. rei vend.* In emtione generis periculum ad venditorem ante traditionem spectat, cum genus non intereat. Si enim equum in genere quis vendat, uno vel altero aut aliquot equis mortuis, non intelligitur ab obligatione liberatus vendor. *B. Avus in Diff. de Emtione venditione* §. 13. In emtione quantitatis, quæ numero, pondere & mensura constat, ante admensurationem, ad-

B

nume-

numerationem vel appensionem periculum rei non transit in emtorem, L. 35. §. 5. ff. de Contrah. emt. Si non fuerit ad mensuram res fungibilis vendita, sed per aversionem, insgesamt / überhaupt / periculum pertinet ad emtorem l. 4. §. 1. ff. de peric. & comm. rei vend. *Mehlbomius* Diff. cit. §. 12.13. & seqq. An vero ad mensuram præcise, an ad certum corpus, sive per aversionem emtio venditio sit facta, ex mente contrahentium, & rei aetusque qualitate judicandum esse censet l.c. §. 16. *beatus Avus.* Obiter addo; quod in emtione ad mensuram, in dubio, & ubi mentura domicilii emtoris & loci rei venditæ diversa est, observetur mensura, quæ est in loco rei venditæ. *Besold.* Conf. 267. per tab. & *Berlich.* Dec. 348.

§. V.

Quantopere vindicta privata, das Faust- und Kolben-Recht / apud Germanos olim valde frequens, hodie gravissima fractæ pacis publicæ poenâ, Constitutio-nibus Imperii fit reprobata, colligimus ex textibus des Königlichen Landfriedens zu Wormbs de Anno 1495. tit. 2. Ruffhebung alter Fehde. R.J. de Anno 1500. tit. 10. Caroh V. Landfrieden zu Wormbs. R.J. de Anno 1552. 1594. nec non C.C.C. art. 129. Nihilo tamen minus pro vitæ & corporis defensione, violentiæ inten-tatæ propulsatio adeo æqua & necessaria est, ut haud leviter peccasse videamur, si eam non exhibendo in corpus nostrum alterius injuria damnum patiamur, aut vita privemur. Violamus enim hac ipsa omissione di-ctaminis rectæ rationis præcepta, quæ tantopere pri-mum nos nobis commendant, nec volunt, Rempubli-cam

cam tive ejusque auxilio privari. *Aristoteles l. s. C. II.*
Eth. Nicomach. Verum enim vero non aliter haec de-
fensio licita & justa est, quam si moderamen inculpatæ
tutelæ observatum sit. Ad hoc autem requiritur: (1)
Causa injusta, scil. offensio, cuius quis nec directe nec
indirecte causa existit. (2) Modus, ut offensio defensio-
ni sit proportionata, alias magis erit vindicta, quam de-
fensio. (3) Tempus, ut incontinenti fiat, imminente
scil. inevitabili mortis periculo; quamdiu enim fugæ
locus, tamdiu defensio naturalis cessat. Quemadmo-
dum vero non quilibet insultus hic consideratur, sed
qui cum præsentatioe vitæ periculo conjunctus est, non
levior, qui vel manu vel baculo vel comminatione
averti potest: Ita sciendum, non necessario primum
iustum expectandum vel sustinendum esse; cum iustus
non dentur ad mensuram, vel melius sit prævenire,
quam præveniri, & sufficiat sola aggressio, ex qua of-
fendendi animus colligitur *Conf. Crim. Carol. art. 140.*
141. 142. Paritas etiam armorum exacta non respicitur,
sed saltē an utrimque adfuerint lethalia, quibus mors
infligi queat. Robustiorem enim inermem armis pro-
pellare licet. *l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. B. Avis mens in*
Diss. de Injuriis §. 80. Et seqq. Quando vero defensio na-
turalis, ut res facti, non præsumitur; ideo in ea se
fundans, illam probare tenetur, vel testibus, vel si in
loco solitario & ab omnibus testibus remoto facta sit,
juramento purgatorio tenetur, *Art. 143. C. C. C. Dni.*
Ludovici uot. ad h. art. Harprecht. Conf. 8. n. 106. Et seqq.
Modum vero in defensione excedens, licet pro homi-
cida haberi nequeat, pro qualitate circumstantiarum

* (12) *

secundum prudentis Judicis arbitrium extra ordinem
erit puniendus. *Besold. Conf. 50. n. 6. 7.* & *Conf. 78.*

§. VI.

Quotidiana fori tritura satis nos docet, quantum
non solum pecuniae ex litigantium & causidicorum
malitia insumatur & depiletur; sed & praeter odia aeterna,
tantas exoriri ambages & protelationes, ut lites ad
seculi spatium excurrant, & litigatoris spem in infinitum
protrahant. Quae incommoda vel à Judice vel à
partibus eorumve Advocatis praecaveri possunt, quando
res transactione componitur. Postquam igitur in ju-
dicio controversia fuit deducta, auditis hinc inde
partibus, prima Judicis cura esse debet, ut amicabilis
inter partes compositio instituatur, *l. 21. ff. de R.C. c. I. X.*
de mut. petit. & tam *R.J. de Anno 1654. §. 110.* quam Le-
gislator in der Calenb. Cantl. Ordin. tit. p. §. 1. 2. &c.
nec non Divi Augusti Cantl. Ordin. §. 32. Judices, par-
tes litigantes ac causarum patronos adhortantur, potius
amicabiliter item componere quam dubium litis even-
tum experiri. Hoc litis dirimendae remedium tanti
momenti est, ut à Judice salvâ conscientiâ, ex præ-
sumtuosa opinione vel negligentia omitti, vel à parti-
bus sperni nequeat. Ad processus vel judicii substan-
tiam quidem non facit transactio, sed extrinsecus ad-
venit, neque processus nullitatis vitio laborat, si inter
partes transactio tentata haud fuerit: Si tamen ex parte
Judicis vel Advocati negligentiae aliquid circa hoc
fuerit commissum, vitiosa manet negligentia & pecca-
tum inducit. Neque saltem de lite pendente in judicio,
cum venia Judicis, transigere partibus licet, sed &
extra-

* (13) *

extrajudicialiter, venia haud impetrata modo magistratus aut fisci, ratione multæ aut alias nihil intersit. Schilteri *Prax. Jur. Rom. Exercitat.* 9. in fin. Transaction de Jure Civili non aliter procedit, quam aliquo dato retenso vel promisso. l. 38. C. de Transact. quod in instrumento transactionis dictum esse debet. Hodie vero si transfigens ob defectum hujus requisiti dubitet, an per modum transactionis subsistere possit conventio, addat clausulam: Solte auch der jetzo getroffene Vergleich in allen Puncten als eine Transaction de jure nicht bestehen können / soll er doch gelten als ein Pactum simplex oder liberalis remissio und translacio juris sui, oder wie er sonst zu Recht am kräftigsten bestehen kan. Stryk. *Cant. Contr. Sect. 3. Cap. 7. §. 3.* Transactionis generaliter factæ effectus est, ut non extendatur ad alias lites, aut ad alias res, quæ sub generalitate illa non complectuntur, & de quibus probabiliter cogitatum non fuit. l. 9. §. 1. ff. de Transact. B. Avus Job. Mehlbornius in *Disputatione altera de Transactionibus Anno 1656. habita* §. 38. ubi §. 40. quæstionem decidendo sub-jungit: An beneficium Legis a. C. de Rescind. vend. in transactionibus locum habeat? Et postquam Bartoli affirmativam cum Baldi negativa composuit, optimis adductis rationibus Baldi sententiae adhæret, quia in Camera teste Gail. 2. Obs. 70. n. 11. recepta est. Junge beati Avi alteram Disputationem de Transactionibus Anno 1651. editam §. 5f.

§. VII.

Omnis Emphyteusis communiter dispescitur in Ecclesiasticam & Secularem; Quæ Emphyteusos qua-litas
B 3

litas non cognoscitur ex persona concilente vel acquirente, sed ex re in emphyteusin concessi. Nec interest, utrum prædia ecclesiastica vel secularia, rustica vel urbana sint. Quamvis enim finis originarius emphyteuseos sit melioratio, quæ in urbanum prædium vix cadit; tamen non minus illud de urbanis & domibus affirmandum est. Facultas etiam Juridica Helmstadiensis, Quedlinburgum Ulrico Trauben; daß nach Ausweisung der Beylagen / und sonderlich des Erben Zins-Briefes de dato 1534. mit B. signirret/vorgedachte Haus und Hoff ein solches Erb-Zins-Gut sey; non solum testante Hahn ad Tit. Si ager vell. respondit, sed usus idem docet, tam hic locorum exemplo Cœnobii ad Divum Ludgerum propè Helmstadium, quod in plerisque suburbii occidentalis, & in multis oppidi hujus ædibus emphyteusin constitutam habet; quam in aliis hujus Ducatus oppidis, ubi multi penè domus inveniuntur, ex quibus ecclesiis vel aliis piis locis, quotannis canon aliquot obulorum, marianorum vel florenorum præstandus elt. *B. Avus Job. Mehlbohmus Diff. inaugurali de Emphyteusi §. 21. 22.* Hunc annum canonem non propter rei Emphyteuticæ usum, sed in recognitionem dominii directi emphyteuta solvit. *I. i. C. de Jus. Emphyt. B. Avus l. c. §. 29.* Quod si vero intra constitutum tempus canonem non solverit, scil. per triennium in emphyteusi seculari *I. 2. C. de Jur. Emphyt.* per biennium vero in ecclesiastica *No-v. 7. C. 3. §. 2.* sua culpa Emphyteusin amittit, et si a domino haud fuerit interpellatus *I. 2. C. d. I.* A qua caducitatis poena Emphyteuta ecclesiasticus oblata celeri satisfactione, quam judex

judex arbitrabitur, moram purgando, se liberare poterit C. fin. X. Locat. quod in Emphyteuta seculari non procedit. Sic enim olim in Facultate Juridica Helmstadiensi quæstori cuidam Estebruggum responsum est: Es können euch jedoch diese Länderey hierum nicht genommen werden / daß wieder Zins davon auf Petri oder Mittasten dieses 1611. Jahrs betaget gewesen/ ihr darnechst des Mittwochens nach Lætare denselben dem alten Closter offeriret / und der nicht angenommen werden wollen / sondern ihr habt hac celeri satisfactio-
ne in dieser Ecclesiastica Emphyteusi moram purgiret/
sec. text. & quæ scribunt Dd. in C. 4. X. de loc. cona. daß also auch zu einigen Interesse ihr diffalls nicht ver-
pflichtet Hahn. l. c. Quamvis vero Emphyteuta ob mo-
ram ipso jure Emphyteusi cadat; non tamen aliter le-
gis effectus sequetur, nisi Judicis sententiâ interveniente declaratoria non tam poenæ quam facti; ut nimirum Judge cognoscat, an Emphyteuta tale quid com-
misit, ob quod jure suo merito cecidisse videatur.
Job. Mehlbom. Diff. cit. §. 88. 89. Facta privatione cano-
nem restantem Dominus exigit: Privatio enim siebat ob contumaciam & cessationem canonis persolvendi;
Canon vero postulatur ex contractu. Auth. Qui rem. C.
de SS. Eccles. Brunnem. ibid. n. 10. Quod adeo certum,
ut in Ducatu Brunsvicensi ob præteriti temporis pen-
sionem ius prælationis Domino competat. Vide ver-
ba Constitutionis Serenissimi Duci ac Domini nostri Antonii
Ulrici de 3. Oktobr. 1707. Und verordnen demnach aus
Landes Fürstlicher Macht hiemit / daß die sämtliche
Güter deyer Meyer und colonorum denen Gutsherrn
ratione

ratione der Meyer-Zins pro tacita hypotheca obligaret seyn / und daferu bey ereugenden concurs dergleichen rückständig / solche in denen Prioritet-Urthelen/ nebst denen Erben-Zins-Gefällen / Lehn-Geldern und dergleichen / so fort nach denen oneribus publicis gesetzt / und übrigen creditoren präferirret werden sollen/ unmassen denn Unser gnädigster Wille / daß nach dieser Unserer Constitution so wol bey Unserer Fürstlichen Canzley und Hoff-Gerichte ic. Amititur etiam Emphyteusis & ipso facto ad Dominum reddit, si absque domini consensu ullo modo Emphyteuta eam alienat sive fiat vendendo , oppignorando vel in dotem dando. Prout Divus Elector Ernestus Augustus ad Implorationem Ecclesiae Hamelensis collegiat.e ad Sandum Bonifacium die 20. Novembr. 1694. rescribebat : So ordnen ic. ernstlich (1) daß alle und jede mehrgedachten Stifts Meyer- und Zins-Leute / von denen Stifts-halber iinne habenden Gütern den gewöhnlichen Canonem zwischen Michaelis und Martini alle Jahr gehörig entrichten und davon keine Seumiss oder Mangel sollen ver-spüren lassen / bey Vermeyndung der Execution ic. auch gestalten Sachen nach / und da der Zins von zweyen Jahren nach einander nicht entrichtet wurde/bey Verlust des Meyer-Rechten. Ferner zum 2. befehlen wir denen Erben Zins- und Meyer-Leuten sich aller heimlichen und ohne des Stifts Vorbewußt und Bewiligung unternehmenden Veräußerung und Alienationen / gleichfalls bey Verliehrung ihres Erben-Zins- und Meyer-Rechten gänzlich zu enthalten. Adde Di vi Henrici Julii Confit. wegen nicht Vereuerung oder Beschwe-

Beschwerung der Lehn-Erb-Zins- und Meyer-Güter
 sub dato 3. April. 1593. & Renovationem Constitutionis bu-
 jus d. 2. April. 1604. nec non Declaration hiebevoriger
 Constitutionen von 29. Maii 1612. Et Serenissimus Prin-
 ceps ac Dominus Anthonius Ulricus, Dux Brunsvicens.
 & Luneb. Dominus noster Clementissimus 15. Decembr.
 1704. eum in finem sancivit: So setzen/ordnen und wol-
 len wir hicmit/dass über jetzt angezogene Verordnun-
 gen mit allen Nachdruck gehalten werden/ und so oft
 ein Sterb-Fall des Erben-Zins-Manns sich begiebet/
 innerhalb denen nechsten dreyen Monathen beydem Er-
 ben-Zins-Herren renovatio investituræ gesuchet/ denn
 auch in den Fällen/ wann solche Erben-Zins-Güter zu-
 theilen an andere zu verkauffen oder zu verpfänden in
 gleichmässiger drey Monathlichen Fristum Ertheilung
 des Consensus anhalten/ im übrigen auch mit Afschaf-
 fung des Canonis alle Jahr richtig tyme gehalten/ und
 der oder diejenige/welche se in ein als andern Stücken
 entweder durch Versäumung solches Consensus und der
 neuen Investitur oder durch Verweigerung und Zurück-
 haltung solches Canonis über zweyer Jahre Frist diesem
 also nicht nachkommen würden/ dadurch ipso facto sol-
 cher Erben-Zins-Güter verlustig seyn und priviret wer-
 den sollen. Dominus tamen facta denunciatione non
 debet esse difficilis in consensu impertiendo, prout dispo-
 nit Landtags Abschied zu Wolffenbüttel ic. de Anno
 1619. den 27. Januar. §. 10. his verbis: Jedoch aber auch
 die Guts-Herren ihren Consens ohne erhebliche Ur-
 sache nicht verweigern.

§. IX.

Domus sua unicuique tutissimum sui receptaculum
 est, qua nihil sanctius, nihil omni genere munitius da-
 tur,

C

tur, & in violatorēs domesticā securitatis, des Hauss-
Friedens/ poena est constituta. *Vid. Divi Augusti Reno-
virter Burg- und Hauss-Friede de 10. April. 1645. Fūsil.
Braunschw. Lüneb. Ecclesiast. Policey-Ordin. cap. 6. §. 16.*
Nihil tamen horum impedit, quominus existentibus suf-
ficientibus indiciis, auctoritate magistratus, personæ pu-
blicæ alienas ædes non solum ad describendum aut se-
questrandum, sed & res furtivas perquirendum ingredi
queant. Neq; excipienda prædia senatorum, minime pri-
vatorum; aperienda sunt omnia, cubicula & recessus, &
in refractarios poena constituenda *I. 3. ff. de fugiti-vis.
Brumem. ibid. l. 13. ff. de Off. P. r. s. d.* ubi autem utilitas pu-
blica perquisitionem domesticam imperat, etiam absque
omnibus præexistentibus indiciis, copia patet in alienis
ædibus perscrutandi. *I. 6. C. de Aquæducu. I. 2. C. de fugi-
tivis. Brumem. ibid.* Ad quamnam jurisdictionis spe-
ciem hæc domestica perquisitio pertineat, quæritur? Et
nulli dubitamus cum celeberrimis justitiæ Antistitibus,
facultatem hanc perscrutandi ædes Judici inferiorem ju-
risdictionem habenti etiam adscribere. Quanquam
enim hæc de delicto informatio, inquisitio dicatur; ta-
men cum saltē ad investigandum non puniendum fa-
ciat, & præparatoria ad aliam solennem inquisitionem,
& valde generalissima sit, hinc à quolibet judice, etiam
inferiore, cui generaliter in delicta inquirere permissum:
vid. beatus Dominus Georgius Engelbrecht JCtus &
consiliarius Brunsrico Luneburgensis antecessor in hac
*Academia Julia meritissimus & post fata desideratissi-
mus in Compendio Jurisprudentiæ tit. de publicis judi-
ciis §. 7. institui posse, asseveramus. Inferior enim ju-
dex delicta, quæ tali perscrutatione in lucem protrahun-
tur, & ad superiorē jurisdictionem pertinent, hoc suo
facto*

facto ulterius ad puniendum delinquentes, procedere ne-
 quit, sed denunciando superiori, & altam jurisdictionem
 habenti judici, poenae constitutionem & executionem re-
 linquit. *Vid. Berlisch. p. 1. Dec. 120.* Tantum vero abest, ut res furtiva
 facias sufficiens ad torturam indicium, in eo, apud quem res illa
 fuerit deprehensa; nisi homo suspectus fidei maleque condi-
 tiones ac famæ. l. 12. & 14. C. de Furt. C. C. C. art. 43. Fürstlich
 Braunschweig. Lüneburg. Celleische Policey. Ordnung. cap. 7. §. 6.
 Es soll aber unserm Beamten und Dienern auch denen die sie zu
 ihrer Nothdurft bey sich haben / desgleichen anderen Gerichts-
 Herren vorbehalten und erlaubet seyn / einen Ubelthäter und Fre-
 veler aus seinem eigenen Hause / und wo sie ihn / in unsern ihnen
 anbefohlenen oder ihren eigenen Gerichten angetreffen vermeinen/
 zusuchen und ihn gefänglich anzunehmen und in Haft oder Ver-
 wahrung zu bringen etc. Multo minus hujusmodi res apud fiscum, sed re-
 stituenda est ei, cui subtracta; Quia Dominus rei nihil admisit,
 quare sua te privandus sit; quod adeo verum est, ut consuetudo
 in contrarium esse nequeat; Ita enim *Caroli V. C. C. art. 207. con-*
finit: So gestohlen oder geraubt Gut in ein Gericht gebracht und
 der Ubelthäter nicht dabey betreten und verhaftt wird / soll dasselbig
 der peinlich Richter zu seinen Händen nehmen und getreulich vera-
 wahren / und so jemand derselben Haabe begehret / und so viel ans-
 zeigt / daß ihm die unzweifelich geraubt oder gestohlen sey / so soll
 ihm die wieder verschafft werden / ungeachtet ob es gleich an eischen
 Orten anders gehalten / daß nicht ein Gewohnheit / sondern ein
 Missbrauch ist. *B. Avi Diff. de Furt. §. 24. 25. 26.* Qui vero furti
 crimen se polluit, jure civili actione in duplum vel quadru-
 plum obstringitur. Hodie vero non solum in Romano-Ger-
 manico Imperio, sed & in aliis Regnis atque Provinciis obti-
 net, ut secundum qualitatem furti, poena criminalis, mortis vel
 corporis afflictiva furibus irrogetur, *Const. Crim. Carol. art. 157,*
158. 159. &c. Quodnam vero magnum & parvum furtum sit di-
 cendum, ex consuetudine locorum est addiscendum; an etiam
 semper institutio rei ablata poenam furti mitiget, docet *Hart-*
precht.

precht. Conf. 9. n. 152. In Electoratu Hannoverano, indistincte fur domesticus, der Hauss-Dieb, & in Ducatu Brunswicensi, fur qui ex pascuis, pratis, stabulis, equos abducit, der Pferde-Dieb, sive restituat sive non, suspendendus est. Ita enim Serenissimus Elector Georgius Ludovicus publico edicto von Hauss-Diebrey de 19. Junii 1709. & hujus editi declaratione de 7. Januarie 1710. sancit: Wenn sie über solcher Hauss-Diebrey betreten/ oder deren zu Recht übersühret seyn werden/ ohne Unterscheid ob sie der gleichen Hauss-Diebrey ein oder mehrmahlen verrichtet; Zingleichen ob es restituiret sey oder nicht/ am Leben bestraffet werden sollen/ es wäre denn die summa des gestohlenen gar geringe und unter fünf Thaler werth ic. Et Serenissimus Princeps ac Dominus Anthonius Ulricus in Constitutione von der Pferde-Diebrey de 20. August. 1706. in verbis: Item ob es nachgehends restituiret werden oder nicht ic. disponit. Et divus Georgius Wilhelmus in constitutione de 17. Febr. 1692. Verb. Zingleichen ohn einiges Abssehen auf den Werth oder des Alters des gestohlenen Pferdes/ auch ob dasselbe restituiret sey oder nicht ic. ohne einzige Gnade mit dem Strang vom Leben zum Tod gebracht werden sollen. An autem inter fures domesticos sit numeranda uxor, qua mariti res furata est, queritur? Et jure civili ob honorem matrimonii non datur actio furti contra eam, sed actio rerum amotarum, & Index ex officio inquire non tenetur; Conf. Crim. Car. art. 165. Nec iure provinciali Electoratus Hannoverani, citata constitutione inter hujusmodi fures, uxor marito res surripiens numeratur; quod verba Edicti das in Rost und Lohn stehende Gesinde/ abundanter indicant. Coronidis loco notandum, quod fur impubes ordinaria poena non afficiatur. C. C. C. art. 164. juxta quem articulum pubertatis termiaus anno etatis 14. determinatur; Constitutio Electoralis ante laudata, furem domesticum qui 18. annorum nondum est, à poena ordinaria liberat, & extra ordinem puniri habet in verbis: oder der Thäter noch jung und keine 18. Jahr alt/ in welchen Fällen dieselbe entweder mit perpetulicher condemnation ad operas publicas, oder mit dem Werck- und Spinn- Hause bestraffet werden sollen. Tantum hac vice.

SOLI DEO LAUS, HONOR ET GLORIA.

Helmstedt, Diss., 1710-12


ULB Halle
006 570 348

3



Sb.

v278



Farbkarte #13

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Blue																			
Cyan																			
Green																			
Yellow																			
Red																			
Magenta																			
White																			
Black																			

B.I.G.

1205

17
1111,8

LUSIONES Æ THEORICO- RACTICÆ QUAS

TE DIVINA GRATIA
MAGNIFICI FCTORUM ORDINIS
ACADEMIA JULIA

LIB PRÆSIDIO

MR. WALTHAVSEN
J. U. D.

JAN. A. MDCCXI.

ANIS A NONA AD DUODECIMAM

ULEO MAJORI

PLACIDO ERUDITORUM
EXAMINI

EXPONET

ARD- CASPARUS MEHLBAUM
Brunsvicensis
For & Respondens.

(o)

ELMSTADII

Iffgangi Hammii, Acad. Typogr.